



Universitätsbibliothek Paderborn

Talio, Sev Metiens Et Remetiens Mensvra

Stengel, Georg

Ingolstadij, 1650

§. 6. Maledicta Deus maledictorum metu impedit.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52346](#)

lio.
naret:
us est;
m in-
regni,
us, vi-
dictum
abolus
tyran-
verbo
reto-
r. Vo-
aculo
ersua-
Angelis
te, n
t ten-
ursum
eum
e ver-
risaos
Beel-
enim
ego in
uo ej-
alibi
, scie-
quod
NON

Cap. VII. Oris, & maledicentia talio. 115
non posui, & metens, quod non seminavi, &c.

§. VI.

*Maledicta Deus maledictorum metu
impedit.*

Et quare Deus homines suo ipsorum ju-
dicio non damnaret, verbisq; proprijs con-
uinceret, cum hæc sit vñstatissima, inter-
ipsoſmet homines consuetudo? Thrasillus
Cynicus ab Antigono rege drachmā petijt,
ut scribit Seneca. At regi, inquit Antigonus, Seneca
hoc dare non conuenit. Illo subiſciente, Da lib. 2. de
igitur mihi talentum: Atqui, respondit sapi-
entissimus Princeps, hoc accipere non decet Cy-
nicum. Potuifſet vertere argumentum Thra-
fillus ac dicere, ſeu drachmam, ſeu talentū
dederis, non exerrabis. Si drachmam de-
deris, mihi conueniet; ſi talentum, tibi. Sic
verbis velut datatim iuditur. Verbis pari-
ter ac reiſla lufit homo Scytha. Inhorref-
cente cælo cum aliquando copiosa nix cecidiſ-
ſet, interrogauit rex Scytharum quemda nub-
dum perſeuerantem, Anne frigeret? qui è con-
trario regem interrogauit. Rigeatnē ipſi frons?
cumq; ille negafſet: Ergo, ait, ne ego quidem
rigeo, qui quantus quantus ſum, frons ſum.
Hæc amicè, & iocosè respondentur. Acu-
leatè interrogata, reſponſionem itidem

Ælian.
lib. 7. var.
hist. c. 6.

H 2 merea-

116 Cap. VII. Oris, & maledicentia talio:

merentur aculeatam; vt apud Ciceronem,
cùm quidam obuium haberet Eunuchum,

Cic. lib. 2. aut virum sine barba, salutato dixit: *Quando venies ad me cum tua colu?* Cui mox re-
spondit spado: *Equidem mater mea mihi edi-
xit, ad infames ne exirem.* Hæc permitit
Orbis Gubernator, vt metu acerbioris re-
sponsi, omittantur acerba interrogations.
Quamquam probæ mentis homines, cum

Cor. II. D. Paulo dicunt: *Si quis autem videtur con-
tentiosus esse, Nos talem consuetudinem non
habemus, neq; Ecclesia DEI.* Quam ergo
consuetudinem habent Paulini imitatores?

1. Cor. 4. *Maledicimur, & benedicimus.* Hoc idem nos
12. facere præcipit, ad Romanos scribens: *Ba-
Rom. 12. nedicite, & nolite maledicere.* Quod præce-
14. ptum Christiano tantò magis conuenit,
quia etiam Cato cuiusdam probris vexatus

Plutarch. respondit: *Impar mihi tecum certandi condi-
in vita tio est: nam ut maledicere, & male audire tibi
Catonis. facillimum est: sic mihi maledicere insuane est,
& male audire insuetum.* Memor erat nimi-
rum illius: *Qui quæ vult dicit, quæ non vult
audit.* Ut ergo non audiat, quæ non vult;
neque quæ vult dicat; aut certè illud sibi

Eccles. 7. præceptum datum meminerit: *Cunctis ser-
22. monibus, qui dicuntur, ne accommodes cor tuū,*

me

alio:
onem,
ichum,
Quan-
nox re-
iki edi-
rmitit
oriste-
ciones
, cum
er con-
m no-
n ergo
tores!
m no-
s: Ba-
race.
nic;
gatus,
condi-
re tibi
ne est,
nimi-
vult,
vult;
d sibi
is ser-
r tuu,
me

Cap. VIII. Consiliorum malorum talio. 117
ne forte audias seruum tuum maledicentem
tibi. Scitenim conscientia tua, quia & tu cre-
bro maledixisti alijs.

C A P V T VIII.

*Quām sint consilia mala consulenti
ipſi pernicioſa?*

§. I.

*Vnde ortum prouerbium, Consilium malum
consulteri pefimum?*

Doris talionem etiam pertinet, quod plerumque in eorum caput recidat consilium malum, qui alijs perperam consuluerunt. Si enim *consilium* Cic. li. 28 est, *examinandarum gubernandarumq[ue] causarum subtilis animi prospectus*; utique neque cæcus dux, neque amens consultor adhibendus est; ne cæcus si caco ducatum praestet, ambo Matth. 15. in foueam cadant. Quia sine ratione *consilium* 14. Ari- bonum stare non potest, ut Philosophus docet. Ethic. c. 9. Rhetor. stot. lib. 6. Vbi ergo ratio deest, mens cæca nihil prospicit, nec alium dumtaxat in foueam ducit, sed ipsa quoque eodem cadit. Quod si consilium non ignorantia, sed malitia & consulto sit malum, tunc utique sicut iram ita & poenam diuinam meretur. Vnde senarius prouerbialis extat:

H 3

Ma.